172 *Chester*, in bibliotheca capitulari BOTF. *In the office of Mr. Baylis* SMITH.

COH·I· 7 OCRATI

MAXIMI Ω L·M·P

Ormerod *Cheshire* 1 p. 295; I. Hemingway *Chester* (1831) 1 p. 397; B. Botfield *notes on the cathedral libraries of England* (Lond. 1849) p. 57; C. R. Smith *assoc. journ.* 5, 1850 p. 223 (inde I. Becker *rhein. Mus.* 13, 1858 p. 223).

COH·I·C·OCRATI | MAXIMINI M P Ormerod, COH I ◇ OCRAII | MAXIMI Ω IMP Botf. (OL·M·P Hem.).

Coh(ortis) I ɔ (centuriae) Ocrati Maximi. L. M(arcius) P(rimus)?

---

173 *Chester*, in *Mr. Baylis office.*

Ↄ ABVCIN

C. R. Smith *assoc. journ.* 5, 1850 p. 224 (inde I. Becker *rhein. Mus.* 13, 1858 p. 252).

ɔ (centuria) A[l]buci[a]n(i)?

---

174 *Chester*, pavimentum tessellatum rep. a. 1803 prope castellum; in parte media, quae servari dicitur apud Frid. Potts, haec scripta sunt.

C·VTI·L·AR

PESCENNINI

T. N. Brushfield *assoc. journ.* 22, 1866 p. 381.

C. V[el]la[ei]? Pescennini

---

175 *Chester*, rep. a. 1861 in effodiendis fundamentis *of the Chester corn exchange buildings;* servatur in horto publico iuxta muros prope turrim dictam *the Water tower*, dono data a G. Chivas.

anaglyphum feminae in lecto recubantis d. poculum tenentis; mensa parva apposita est. Pone astat puer; in angulo dextro superiore avis serto insidet

Smith:	*ego:*
	D · M
PESONI SES ERO?	⁞ESONIE SEVERI
... N.S VIXIT AN·	NE · //////N
M·VI·D	....
... P..O	....
....	....
... F	....
	....

Descripsi; C. R. Smith collect. ant. 6, 1868 p. 34.

V. 2 in. elementum primum I vel F vel T similius visum est, quam C.

D(is) M(anibus) [C]esonie Severine [an]n(orum) .....

---

176 *In the grounds belonging to Haddonhouse near Bakewell was digg'd up this altar, cut in a rough sort of stone* GIBS. *In the porch leading to the hall*; ara est alta p. 2 dig. 11 LYS.

DEO

M A R T I

BRACIACÆ

Q·SITTIVS

CAECILIAN

PRAEF·COH

I AQVITANO

V S

Gibsons Camden p. 497 (inde Leigh *Manchester* 3 p. 47; Horsley p. 318; Goughs Camden 2 p. 427; Orell. 1357) cui descripsit Walter Stonehouse *minister of Darfield, Yorkshire*; Pilkington *Derbyshire* 1 p. 420; *antiquarian repertory* 3, 1780 p. 7; Lysons Magna Brit. V (1817) p. CCV tab. fig. 1 (inde Newton p. 114, 78; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 241; Henzen adn. ad n. 1357); Bateman *vestiges* (1848) p. 162 (inde Wright *the Celt* p. 261); I. Becker *rhein. Mus.* 13, 1858 p. 252.

Gibson addit una cum hoc sibi missa esse exempla aliquot titulorum aliorum (*one or two more*), sed paene detritorum, neque addita locorum ubi reperti essent indicatione, qui postea omnes pervenissent in Radulphi Thoresby collectionem.

4 OSITTIVS Gibs., OS// //TIVS Lys. Potest etiam suppleri *Ostilius*, sed magis placet quod infra posui. 6. 7. 8 PRÆFECT | TRO ..... | V S Gibs. male.

Cohors I Aquitanorum ex diplomate a. 124 nota praeterea semel tantum Procolitiae (infra n. 620) memoratur.

Deo Marti Braciacae [Q.] Sittius Caecilian(us) praef(ectus) coh(ortis) I Aquitano(rum) v(otum) s(olvit)

---

177 *Hopton, Derbyshire* (prope *Matlock* et *Melbourne*); a. 1792 sepulcrum repertum ibi est, in quo vas erat, tectum lapide longo ped. 2 dig. 6, lato ped. 1 dig. 8; postquam purgatus est, apparebant in eo litterae hae maxime evanidae.

////////

GELLI

PRAE C////III

LV BRIT///

H. Rooke Archaeologia 12, 1796 p. 3 (inde Britton *beauties* 3 p. 529 et ego *rhein. Mus.* 14, 1859 p. 351 cf. I. Becker ibid. 13, 1858 p. 253).

De *prae[f(ecto)]* quodam *c[o]h(ortis) IV Brit(tonum)* cogitari posse certum est; cf. tegulae eius cohortis in *Yorkshire* et *Cumberland* repertae infra edendae.

---

178 Rep. in castrorum Romanorum reliquiis, quae dicuntur *Melandra Castle* (in *Glossop parish, Derbyshire*); servabatur inserta fronti domus *of the present tenant of the ground*, qui est ducis *de Norfolk*. Tabula lapidea longa circiter dig. 16, lata 12. Ectypum gypseum servatur in *the Peel Park Museum, Manchester, Salford.* Litterae videntur esse saeculi secundi exeuntis.

CHO Ī

FRISIAVO

Ↄ VAL·VIT

ALIS

Descripsi ex ectypo. Watson Archaeologia 3, 1786 p. 236 (inde Goughs Camden 2 p. 431; Lysons Magna Brit. V 1817 p. CCVI; Newton p. 115, 86).

Cohors eadem redit Mancunii (infra cap. XX), ubi vide.

Cho(rtis) I Frisiavo(num) ɔ (centuria) Val(erii) Vitalis

XVIII. LINDVM,

COLONIA

(Lincoln).

Accedit *Mansfield Woodhouse* (*Nottinghamshire*).

Coritanorum (s. Coritavorum) oppidum principale Ptolemaeo (2, 3, 20) Λίνδον est; a Londinio itinera complura per Lindum tendebant Eburacum et ulterius versus septentriones ad Luguvallium (itin. Ant. p. 475, 3. 476, 7. 477, 9. 478, 10). Solus Ravennas (5, 31 p. 430, 2) *Lindum coloniam* fuisse diserte addit. Quocum conveniunt omnino situs oppidi hodierni, cuius nomen aperte conflatum est ex Lindo colonia, in loco eminenti, murorum et aedificiorum reliquiae (cf. Horsley p. 319), tituli militares frequenter ibi reperti; denique *decurio* memoratus in titulo uno (n. 189). Neque obstat quod, casu fortasse, tegulae legionariae vel militares adhuc ibi prodierunt omnino nullae; quae enim ibi inventa est inscripta sic L·V·L·F, ea nomen hominis alicuius privati refert, ad legionem vero quintam (ut voluerunt antiquarii nonnulli Britanni) non pertinet. Militum veteranorumve tituli Lindi reperti referendi sunt ad legiones Britannicas quattuor, nonam, quae usque ad Hadrianum Eburaci tendebat (n. 183. 184), sextam, quae eius locum postea obtinebat (n. 182), secundam adiutricem (n. 185. 186), quartam decimam (n. 187); accedit incertae